

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XIII. Vtrum animas corporeas, & quali corpore praeditas crediderit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

A inferenda, hoc Gen. 2. 2. intentabant: *Et requievit (Deus) die septimo ab universo opere quod patratur.* Contra prætendebant adversarij illud Iohann. 5. 17. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor;* quod ad providentiam, non ad creationem alij referebant. Videndum Nemesius libr. De natura hominis, cap. 2. & Augustinus in laudata ad Hieronymum Epistola. Nulli igitur mirum esse debet scriptis Gregorium Magnum Epistolar. libr. 7. Indict. 2. Epist. 53. questionem de anima Patribus solvi non posse visam esse, cum ne ipsius quidem temporibus equa è reliquis opinionibus pro certa haberetur, Ecclesia præscripsisset. Unde falsum esse appareat, quod ait Iustinianus in Epitola ad Synodum Constantinopolitanum, quam exhibet Cedrenus: *ἡ ἡ εὐαγγελίον τὸς δέοντος ἀπόδοσις φάνεται η Λυχαια σωματικηραστίναι τεθ στόματον. η ο το μητροπολεον, το βασιλεον, καὶ το αρχιεπιστολαρεατον. Ecclesia an-*

B *tem divinis obsecuta sermonibus dicit animam cum corpore procreari: non vero hoc prius, illud vero posterius, iuxta Origenis dementiam.* Quid si dicamus igitur Quintam Synodum non ideo præcise damnasse Origenis sententiam, quod animarum defenderet *οὐεστότατην*, sed quod Mentes præterea fusile illas tradaret, & sanctas Virtutes, quas cum contemplationis divine satias cepisset, in dexteris esse conversas, & ab amore Dei refrixisse, indeque *Λυχαια* esse dictas, & in corpora tutela causa dimisias: sic enim habet Iustiniani anathematissimus secundus.

C XIII. Animas quando conditas putaverit, vidimus: quales ipsas censuerit, corporatas, an corpore carentes, videamus. Hæc superflua sane videatur esse quæstio, si quæ de Angelis scripsimus, attendantur: prolixa enim disputatione declaravimus, naturis quibuslibet ratione instrutis corpora Origenem tribuisse. Strictum ergo paucillum quiddam hic delibabimus, quod illic consulto prætermisum, in hunc locum conjectimus: illud nimis: cum corpore constare animas existimaverit Adamantius, cuiusnam eas finxerit corporationis, an Angelicæ similis, an crassioris, & ad illam Daemonum, quam Angelica spissiorem ostendimus, propriis accidentis. Ac naturas rationales diximus pro meritis, crassioribus, tenuioribus illigari corporibus: cum animæ autem Angelis virtute sint inferiores ac meritis, crassioris esse corporaturæ ac Angelos dicendum est. Origenes libr. 2. *τετραπλού, cap. 2.* *Vt ergo superioris diximus, materialis substantia bujus mundi habens naturam, que ex omnibus ad omnia transformatur, cum ad inferiores quoque trahitur, in crassiorum corporis statum solidiore formatur, ita ut visibilis istas mundi species, variisque distinguat: cum vero perfectioribus ministrat & beatioribus, in fulgore caelestium corporum riteat, & spiritualis corporis indumentis vel Angelos Dei, vel filios resurrectionis exomat: ex quibus omnibus diversus ac varius mundi compleetur status: & capite sequenti: Possibile enim videtur ut rationabiles nature, à quibus numquam austur liberi facultas arbitrii, possint iterum aliquibus motibus subjaceri, indulgenti hoc ipsum Domino, ne forte si immobilem semper teneant statum, ignorent se Dei & non sua virtute in illo fine beatitudinis constituisse. Quo motus sine dubio varum varietas corporum, & diversitas persequitur, ex qua mundus semper adornatur; nec unquam poterit mundus nisi varietate ad diversitate constare, quod effici nullo genere posset extra materiam corporalem.*

E XIV. Excusando autem dogmati huic, quo animis corpora adscribit, contra quam in Ecclesia hodie creditur, appolitum est illud è Proclasio librorum *τετραπλού.* *Dicus quoque quomodo intelligi debat, inquirendum est, corporeus, an secundum aliquem habitum deformatus, an alterius natura quam corpora sunt, quod utique in predicatione nostra manifeste non designatur. Eadem quoque hæc de Christo, & de Spiritu sancto requirenda sunt: sed & de omni anima, atque omnirrationabili natura nihilominus requirendum est.* Quæ requiri jubebat Origenes, ea profecto Ecclesiæ decretis definita non erant. Vnde non Origenis atate duntaxat idem Tertulliano de anima visum est, sed & plurimis quoque dein Ecclesiæ Patribus: puta Hilario in Matth. Can. 5. ubi animarum species, sive omniment corpora, sive corporibus exulantum, corpoream tamen nature sive substantiam soriri prædicat: & Ambrofio libr. 2. de Abraham, cap. 8. ubi, præter S. Trinitatem, corporibus reliqua constare asserit: & Cassiano Collat. 7. cap. 13. ubi animas spirituales quidem esse fatetur, incorporeas negat: & his antiquiori Theodoto in Excerptis ad Clementis Alexandrini calcem adjectis, ubi animas hominum corporeas esse affirmat: & Methodio ipsi Origenis adversario apud Photium Cod. 234. ubi animas esse ait corpora *τετραπλού,* in membra ratione adspectabilia discretas. Ipse etiam Augustinus opinioni huic licet infensus, aliquo tamen sensu animam corpus esse fatetur Epist. 28. At ab eo discessit Faustus Reiensis, animisque corpora palam affinxit, quem tribus libris errorem ultus est Claudianus Mamertus.

F Magis illud vero ad excusandum Origenem conferre posset, quod scriptum ab eo est Homil. 1. in Genes. ubi hominem, qui de limo terræ factus est, corporeum hominem esse dicit; qui autem ad imaginem Dei conditus est, spirituale esse eum & caelum corpore; illum exteriorem hominem esse, hunc interiorum. *Si qui vero hunc corporeum patent esse, qui ad imaginem & similitudinem Dei factus est, Deum ipsum corporeum, & humane forma videtur indu-*